



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Cap. VII. De Praelatis & Canonicis Ecclesiae Cathedralis, & Collegiatarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

non ineantur, neque resignationes, præfertim in favorem, cessiones, translationes, ac permutationes, aliter, nec coram aliis, quam jure id licitum est, permittantur.

13 Monemus vero & obtestamur omnes Patronos, Collatores, & Prælatos, vel ad quoscunque provisio Beneficiorum pertinet, ne illi in fuos consanguineos, familiares, ministeriales, beneficia ita conferant, ut illa, tanquam operæ & laboris pretia, aut consanguinitatis aut propinquitatis jura accepisse videantur, sed ut omnes humani affectus, qui quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi, ab hujusmodi suffragiis & beneficiorum collatione separantur.

14 Neminem verò præsentatum, vel nominatum, vel electum, vel ab inferioribus prouisum, prius ad Beneficium admittendum vel instituendum dueimus, quam is, præter professionem Catholicae Fidei, coram Nobis aut Nostro Vicario in Spiritualibus, aut iis quibus id competit, factam, infra scriptum quoque juramentum prætet.

Ego N. N. juro & promitto Obedientiam & Reverentiam Illustrissimo & Reverendissimo Domino Meo Episcopo Osnabrugensi & Successoribus ejus canonice intrantibus, quod Beneficio, ad quod institui peto, secundum oneris annexi exigentiam fideliter serviam, atque ab eo sine ejusdem Domini Episcopi aut Vicarii ejus licentia non discedam, Res, Bona, & Iura Ecclesiæ & Beneficii, nullatenus alienabo, & indebit alienata, quantum in me erit, fideliter recuperare studebo. Sic me Deus &c.

15 Quia vero per annos gratiæ seu expectatarum ut vocant, ac alias præstationum impositiones, ac portionum detractiones, multum divinis officiis detrahitur, & ut consulatur defuncto, aut ejus heredes persepe dentur, aut Ecclesiæ fabricæ aliquid accedit, Deus ipse negligitur, & defuncti, Beneficiorumque Fundatores, multarum personarum suffragiis ac intercessionibus, multis quandoque annis fraudantur; ideo maturo confilio, cum præscitu Venerabilis Capituli Nostri, tantæ deformitati Ecclesiæ occurtere studebimus, ne, cum fraude divini servitii, ac Fundatorum piæ intentionis, officia Ecclesiastica tanto tempore deserantur.

#### CAP. VI. De Residentia Clericorum.

1 Sicut omnes, qui divinis mancipati sunt officiis, & Ecclesiasticos redditus percipiunt, se ideo de Altari vivere, & populi

peccata comedere, ut, officium Ecclesiasticum strenue ac pure peragendo, totius generis humani cauam in le fulciant, ac congregiscen-  
tis Ecclesiæ vota, preces, ac laudes Deo offe-  
rant.

2 Ideoque omnibus, Beneficia vel officia Ecclesiastica, & ex iis reditus & obventiones, in Nostra Dioecesi obtinentibus, quibus per-  
sonale in Ecclesia obsequium est annexum, illud  
incumbit, ut in Ecclesia & officio divino sint  
assidui, nec sine causa aliqua singulari ac pro-  
bata, & scitu suorum Superiorum, se absenterent.

3 In primis vero omnibus Parochis, Ple-  
banis, & curam animarum gerentibus manda-  
mus atque præcipimus, ut ovibus, sibi à Deo  
commis, in propria Ecclesia residendo præ-  
fint, ut ex divino præcepto eas agnoscere, ver-  
bo doctrinæ, & vita exemplo, & SS. Sacra-  
mentorum administratione pacere, &c, quæ  
bonum ac legitimum Pastorem decent, munia  
pastoralia debite exercere possint, nec oves,  
metu periculi, vel peccati tempore, aut sub præ-  
textu aliorum negotiorum, deferant, aut ad  
mensem absint, sine Nostra aut Nostri in Spi-  
ritualibus Vicarii licentia, nec non idoneo ac  
approbato Vicario cum debita mercedis assi-  
gnatione constituto.

4 Hanc in residendo assiduitatem, Ecclesi-  
rum Decani, Scholaftici, Cantores, Custodes,  
aut qui similium dignitatum beneficia habent,  
quos majores Nostri tanquam moderatores &  
inspectores Ecclesiasticæ disciplinæ esse vo-  
luerunt, serio præstare tenentur, ut ii non fa-  
cile nec nisi ad breve tempus abesse possint,  
aut si diutius abesse necesse fuerit, id speciali  
Nostra licentia & non aliter fiat.

5 Repetimus præterea, ac omnibus obser-  
vanda injungimus, quæ rec. mem. Prædeces-  
tor Noster in proxima Synodo Osnabrugensi  
generaliter hac de re statuit, quibus ad eviden-  
tiorem notitiam adjungenda existimamus, ut,  
quorum fundationes personalem residentiam  
requirunt, illi ipsi resideant, aut, si neglexerint,  
de facto à proventum perceptione suspen-  
si, & aduersum eos, ex facrorum Canonum  
& Concilii Tridentini præscripto, procedatur;  
nec valeant dispensationes, collusiones aut  
dissimulationes, de non residendo, aut fructi-  
bus in absentia percipiendis.

#### CAP. VII. De Prælatis & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, & Collegiatarum.

1 E Ecclesiasticæ disciplinæ retinendæ &  
conservandæ cauā, Ecclesiarum di-  
gnitates sunt constitutæ; quibus etiam, pro  
merito laborum & amplioris curæ, majora sti-  
pendia sunt assignata; que certe non recte  
usurpabant, nisi labore, ministerio, atque in-  
dustria respondeant, ac divinum cultum  
promovere, Ecclesiasticam disciplinam con-

*Conc. Tri-  
dent. sess.  
24. c. 2.  
de refor.*

*Conc. Tri-  
dent. sess.  
6. c. 1.  
Op. 2. Op.  
sess. 23.  
c. 1. de  
refor.*

*Conc. Tri-  
dent. sess.  
21. c. 3.  
de ref.*

*c. conquer.  
c. ex parte  
c. int.  
qua. & c.  
penul. &  
ult. De  
Cler. non  
ref. c. fin.  
De re-  
script. in  
6. Conc.  
Trident.  
sess. 21.  
c. 3. De  
refor.*

servare, ac Nos opera & officio juvare studeant.

c. quam-  
vis de  
verb. sig.  
in nullis.  
diss. 60.

2 Præpositi, tanquam præcipui Ecclesiæ rum Prælati, illud diligenter curent, ut Res, Bona, Iura, & Privilegia Ecclesiæ suarum defendant, ab omni injuria, damno & molesta vindicent ac conservent, eaque provideant ac procurent, quæ ad Ecclesiæ (à quibus dignitates ac stipendia majora percipiunt) defensionem, pacem, & tranquillitatem spectant; ut tanquam fideles servi, quos constituit Dominus super familiam suam, à magno Patres familiæ agnoscantur.

c. 12.

3 Decanos quoque officii sui admonuit præcedenti Synodo Antecessor Noster, quæ Nos huc repetimus. &c, cum ipsis singulariter ex officio illa commendata esse debeant, quæ circa ministeria Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum Personarum vitam, Chorique ac Capituli disciplinam, excessus ac correctionem, desiderantur; merito ab illis requirimus, ut omnia, quæ ad honestatem & vitam bonam omnium Canonorum, Vicariorum, Clericorum, ac ministerialium Ecclesiæ sua pertinent, ea diligenter ab omnibus & singulis observari curent. Quod ut majori cum fructu fiat, vita ac moribus ita compositi sint Decani ut alios ad imitationem provocent, talique scientia ac peritis prediti ut aliis recte possint consulere. Ut vero hac in re bene sancteque ab ipsis procedatur, antiquum illud Capitularis disciplinæ jus, in vetustis Ecclesiæ codicibus fere oblitteratum, in usum revocent, ac sollicitudine sua monitique sanctis procurent, ut omnes ipsis subjecti vitam ducant suo statu ac ordine dignam.

4 Cum vero neutquam conveniat, ut iuria litesque inter illos versentur, quos tanquam fratres in domo Dei unanimes ambulare oportet; omnino advigilent, ut, si quam ortam inter Clericos Collegii sui controversiam animadvertant, eam in ipsis statim principiis sopire studeant; graviores vero emergentes excessus, aut contumaciam, aut insolentias majores (præfertim si in publicum prodeant) pro remedio competenti ad Nos referant.

5 Cum vero officium Decani curam habeat animarum annexam; Nolumus, ut quisquam ullis Decanalibus functionibus fœse immiticeat, nisi confirmatione à Nobis prius petita & accepta.

6 Qui præter Decanos dignitates & officia in Cathedrali & Collegiatis Ecclesiæ obtinent, diligenter curent, ut suis officiis secundum Canones & cujusque Ecclesiæ consuetudinem faciant fatus.

7 Si quæ Præbendæ Canonicales certum habeant annexum Ordinem, illud possessores curare debent, ut Ordinem illum suscipiant, & oneri annexo satisfaciant, neque onus in alios recijant, nisi approbatis fundationibus alter sit constitutum.

8 Vicarii, quos vocant Chori, nomini suo respondeant, ac Canonicis in persolvendis officiis divinis auxilio sint; & omnia illis incumbentia onera ex fundatione vel consuetudine Collegii assidue ac religiose persolvant.

C A P. VIII. *De Archidiaconis.*

I A Rchidiaconi cum functionibus & c. I. & c. officio Nobis conjuncti, ac in partem sollicitudinis Nostræ Episcopalis vocati ad hanc & tot. sit. De sint, adeoque à Canonibus Oculi Episcopi, ejusque Vicarii aliquando vocentur, quod Episcopi ministri sint, & ea omnia, quæ exercant, ad Episcopum pertineant: hinc illos in Domino monemus, ut pro data sibi commissione strenue nos adjuvent, recteque suo officio fungantur, nec supra concessam jurisdictionem lese efferant. ac repetimus ea, quæ à recol. mem. Prædecessore Nostro de Commissariis ipsorum, deque mulctarum exactio- & conversione in ipsis pios, ex Canonibus & Concilio Tridentino sunt mandata.

2 Cum etiam haec tenus animadversum sit, in Synodis Archidiaconalibus interdum magna infrugalitatem exerceri, cum non exiguo gravamine Ecclesiæ ac Pastorum: Vo- lumen, in his actionibus eam moderationem adhiberi, ne, dum aliorum correctio suscipitur, talia admittantur, quæ alios lædere & emen- datione digna esse judicari possint.

C A P. IX. *De Decanis Ruralibus.*

I D Iœcesis Nostræ amplitudo, ac moles tanta negotiorum, præfertim reduntibus viciniis Regionibus, eam necessitatem Nobis imponit, ut ad facilem magisque securam sollicitudinis Nostræ Episcopalis explicacionem, remedia atque subsidia opportuna & subordinata adhibeamus. Quamobrem visum est Nobis, exemplo aliorum bene constitutorum Episcopatum per superiorē & inferiorem Germaniam, & præfertim Ecclesiæ Metropolitanæ Colonienfis, Episcopatum Nostrum & vicinas Regiones, Iurisdictioni Nostræ diœcesanæ subjectas, in certas regiunculas dividere, eisque certum aliquem Pastorem præficere, quem vulgo Decanum Ruralem appellant, qui supra alios Pastores majorem Autoritatem ac Iurisdictionem obtineat, in vitam ac mores eorum, & an suo muneri & officio divino per omnia satisfaciant, item in pia loca, res, ac Iura Ecclesiastica, diligenter attendat, ac Nos, & Vicarium Nostrum, in curam ampla, subsidiaria opera sua adjuvet & sublevet. Quod ut majori Ecclesiæ bono fiat, curabimus, ut deinceps regiones hujusmodi, prudenti consilio distinguantur ac describan- tur, leges certæ hujusmodi Decanis ruralibus den-

argumen-  
to c. inter-  
cat. & c.  
relatum  
IO. q. I.  
c. cum A.  
populus.  
De Cen-  
sus. &c.  
I. §. pro-  
curat. eod.  
tit. in 6.